nihil optatius potest quam ut sic eis pro reatu
filii satis faciant, ne necesse habeant uindicare
quid autem est in quo magis possimus uobis nostra
tis facere filii uri sumus qui uos rogamus· nepos
per quam rogamus; parcite, indulgete illi· eo
rum parentes carissimi pro se rogant ob quorū
sol&is nomina &iam extraneis nil negare·
Longum est de innumeris pi&atis atq; humanitatis
exemplis dicere & praeposterum, ut de maiorib;
ad minora ueniamus· sed tamen id quod dicturus
sum specie quidem minus est, sed tamen re minus
non est· Per orans quondam pro periculo existi
mationis atq; incolomitatis suae in romano fore
seruius· galba· cum ob difficultatem negotii· & in
uidiam facti sui, parum non modo in causa· sed
&iam in eloquentia spei poner&, arte usus est
ut iudicum animos quos inflectere prae cum
ambitione non poter&, rerum temptar& af
fectu· Itaq; consumptis iam admodum cunctis
oratoriae artis ingeniique subsidiis, cū parum
se promouisse intellexiss&· paruulum quem
secum habebat galli ut illis temporibus uideba
tur clarissimi & nuper mortui uiri filium,
& paruas ante subsellia auditorū in doles suas

v. Cicer. c. galb.

De Ser. Galba hec sumpsit a Cicerone in lib. de claris oratorib.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. E 219, 1v – Salvianus Massiliensis, Epistulae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-n4rv/5323/50765)